

**FRANCESCO BACONE
SAPIENZA DEGLI ANTICHI**

Testo latino a fronte

Introduzione, traduzione, note e apparati
di Michele Marchetto

 **BOMPIANI
TESTI A FRONTE**

XI. ORPHEUS,
SIVE PHILOSOPHIA.

FABULA de Orpheo vulgata, nec tamen interpretem fidum per omnia sortita, Philosophiae universae imaginem referre videtur. Persona enim Orphei, viri admirandi et plane divini, et omnis [647] harmoniae periti, et modis suavibus cuncta vincentis et trahentis, ad Philosophiae descriptionem facili transitu traducitur. Labores enim Orphei labores Herculis, quemadmodum opera sapientiae opera fortitudinis, dignitate et potentia superant. Orpheus ob amorem uxoris morte immatura praereptae, fretus lyra, ad inferos descendere sibi in animum induxit, ut Manes deprecaretur; neque spe sua decidit. Nam placatis Manibus et delinitis suavitate cantus et modulationibus, tantum apud eos potuit, ut ei uxorem secum abducere indultum sit: ea tamen lege, ut illa eum a tergo sequeretur, ipse autem antequam ad luminis oras perventum esset, ne respiceret. Quod cum ille nihilominus amoris et curae impatientia (postquam fere in tuto esset) fecisset, rupta sunt foedera: atque illa ad inferos gradu praecipiti relapsa est. Ab illo tempore Orpheus moestus et mulierum osor in solitudines profectus est, ubi eadem cantus et lyrae dulcedine, primo feras omnigenas ad se traxit, adeo ut naturam suam exuentes, nec irarum aut ferocitatis memores, nec libidinis stimulis et furoribus praecipites actae, nec ingluviem satiare, aut praedae inhiare amplius curantes, in morem theatri, illum circumstant, benignae et mansuetae inter se factae, et tantum lyrae concentui aures

11. ORFEO,
O LA FILOSOFIA.

La favola di Orfeo, che, pur divulgata⁴⁹, non ha ancora incontrato un interprete sicuro in tutti i suoi aspetti, sembra presentarsi come l'immagine della filosofia universale. La figura di Orfeo, infatti, uomo ammirevole e certamente divino che, [647] maestro di ogni armonia, era capace di soggiogare tutte le cose traendole a sé con i suoi dolci accordi, si può facilmente applicare alla descrizione della filosofia. Le imprese di Orfeo, infatti, per dignità e potenza superano le fatiche di Ercole, come le opere della sapienza quelle della forza fisica.

Orfeo, per amore della consorte strappatagli via da una morte prematura, confidando nella propria lira, decise di scendere agli Inferi per implorare i Mani; e la sua speranza non rimase delusa. Infatti, placati i Mani e sedottili con la dolcezza e le modulazioni del proprio canto, se ne accattivò le simpatie, tanto che gli fu concesso di condurre via con sé la moglie⁵⁰, a patto tuttavia che ella lo seguisse da tergo e che egli non si voltasse a guardarla prima di essere giunto ai confini della luce. Ciononostante, per l'impazienza dell'amore e dell'ansia egli non riuscì a trattenersi e, quando era già quasi al sicuro, violò gli accordi: la donna precipitò di nuovo nell'abisso degli Inferi. Da allora Orfeo, intristito e ostile alle donne, si ritirò in luoghi deserti, dove con la medesima dolcezza del canto e della lira dapprima trasse a sé fiere di ogni specie, al punto che esse deponevano la loro natura più propria e, dimentiche della loro furia e ferocia, non più rese⁵¹ impetuose dagli impulsi e dai furori della passione, non si curavano di saziare la loro voracità né di agognare bramosamente la preda, ma gli stavano intorno come in un teatro, diventate fra loro amichevoli e mansuete, prestando ascolto soltanto

praebentes. Neque is finis, sed tanta musicae vis et potentia fuit, ut etiam sylvas moveret et lapides ipsos, ut illa quoque se transferrent, et sedes suas circa eum ordine et modo decenti ponerent. Haec ei cum ad tempus feliciter et magna cum admiratione cessissent, tandem Thraciae mulieres, stimulis Bacchi percitae, primo cornu raucum et immane sonans inflarunt: ex eo, propter strepitum, musicae sonus amplius audiri non potuit: tum demum soluta virtute quae ordinis et societatis istius erat vinculum, turbari coeptum est, et ferae singulae ad naturam suam redierunt, et se invicem ut prius persecutae sunt; neque lapides aut sylvae suis mansere locis: Orpheus autem ipse tandem a mulieribus furentibus discerptus est, et sparsus per agros: ob cuius mortis moerorem, Helicon (fluvius Musis sacer) aquas sub terram indignatus condidit, et per alia loca caput rursus extulit.

Sententia fabulae ea videtur esse. Duplex est Orphei Cantio: altera ad placandos Manes; altera ad trahendas feras et sylvas. Prior ad naturalem philosophiam, posterior ad moralem et civilem aptissime refertur. Opus enim naturalis philosophiae [648] longe nobilissimum est ipsa restitutio et instauratio rerum corruptibilium, et (hujusce rei tanquam gradus minores) corporum in statu suo conservatio, et dissolutionis et putredinis retardatio. Hoc si omnino fieri detur, certe non aliter effici potest quam per debita et exquisita naturae temperamenta, tanquam per harmoniam lyrae, et modos accuratos. Et tamen cum sit res omnium maxime ardua, effectu plerunque frustratur; idque (ut verisimile est) non magis aliam ob causam, quam per curiosam et intempestivam sedulitatem et impatientiam. Itaque Philosophia, tantae rei fere impar, atque idcirco merito moesta, vertit se ad res humanas, et in animos hominum

all'armonia della lira. E non è tutto: tali furono la forza e la potenza della musica da riuscire a smuovere foreste e rocce, cambiandole anche di posizione e disponendole intorno a lui secondo l'ordine e il modo più eleganti. Dato che tutto ciò continuava ad accadere nel tempo, felicemente e con grande meraviglia, alla fine le donne della Tracia, eccitate dagli incitamenti di Bacco, cominciarono a soffiare in un corno dal suono roco e molto potente: a causa del frastuono non si poté più sentire il suono della musica; allora, violata l'armonia che era il vincolo dell'ordine e della società di Orfeo, ricominciò il disordine e le singole fiere ritornarono alla propria natura perseguitandosi a vicenda come prima; e neppure foreste e pietre rimasero dov'erano; lo stesso Orfeo, infine, fu dilaniato dalle donne furenti e le sue membra sparse nei campi. Per il dolore della sua morte, l'Elicon, fiume sacro alle Muse, indignato, rinchiuse le sue acque sotto terra e levò di nuovo il capo in altri luoghi.

Il significato della favola sembra essere questo. Il canto di Orfeo è di due specie: l'una, per placare i Mani; l'altra, per trarre a sé le fiere e le foreste. Il primo si riferisce molto giustamente alla filosofia naturale, il secondo alla filosofia morale e civile. Lo scopo di gran lunga più nobile della filosofia naturale [648] è infatti la restaurazione e il rinnovamento delle cose corruttibili, e (di ciò quasi gradi minori) la conservazione dei corpi nel loro stato e il rallentamento della dissoluzione e della putrefazione. Ammesso che ciò si possa ottenere, non si può certamente realizzare se non attraverso una dovuta e raffinata opera di temperamento della natura, come attraverso una perfetta armonia e un'accurata modulazione della lira. E tuttavia, essendo l'impresa certamente la più difficile di tutte, il più delle volte fallisce nel suo effetto e (com'è verosimile) non per altra causa che per uno zelo pedante e intempestivo e per impazienza.

Perciò la Filosofia, quasi impari a così grande impresa e quindi giustamente intristita, si volge alle questioni

suasu et eloquentia virtutis et aequitatis et pacis amorem insinuans, populorum coetus in unum coire facit, et juga legum accipere, et imperiis se submittere, et affectuum indomitorum oblivisci, dum praeceptis et disciplinae auscultant et obtemperant: unde paulo post aedificia extruuntur, oppida conduntur, agri et horti arboribus conseruntur; ut lapides et sylvas non abs re convocari et transferri dictum sit. Atque ista rerum civilium cura rite atque ordine ponitur post experimentum corporis mortalis restituendi sedulo tentatum, et ad extremum frustratum: quia mortis necessitas inevitabilis evidentius proposita, hominibus ad aeternitatem meritis et nominis fama quaerendam animos addit. Etiam prudenter in fabula additur, Orpheum a mulieribus et nuptiis alieno animo fuisse, quia nuptiarum delinimenta et liberorum charitates homines plerumque a magnis et excelsis erga respublicas meritis avertunt, dum immortalitatem propagine, non factis, assequi satis habent. Verum et ipsa sapientiae opera, licet inter humana excellant, tamen et suis periodis clauduntur. Evenit enim ut postquam regna et respublicae ad tempus flourerint, subinde perturbationes et seditiones et bella oriantur; inter quorum strepitus, primo leges conticescunt, et homines ad naturae suae depravationes redeunt; atque etiam in agris atque oppidis vastitas conspicitur. Neque ita multo post (si huiusmodi furores continuentur) literae et Philosophia certissime discerpitur: adeo ut fragmenta tantum ejus in paucis locis, tanquam naufragii tabulae, inveniantur, et barbara tempora ingruant; Heliconis aquis sub terra mersis; donec debita rebus vicissitudine, non iisdem fortasse locis, sed apud alias nationes erumpant et emanent.

umane e insinuando con il consiglio e l'eloquenza nell'animo degli uomini l'amore per la virtù, l'equità e la pace, insegna ai popoli ad unirsi in società, a osservare gli obblighi delle leggi, a sottomettersi al potere, a dimenticare le passioni sfrenate, a dare ascolto ai precetti della filosofia e a conformarvi i propri comportamenti: ne segue che poco dopo vengono costruiti edifici⁵², fondate città, piantati alberi nei campi e nei giardini, come nella favola è detto che non senza ragione pietre e foreste cambiavano di posizione e si raccoglievano le une vicine alle altre. Questa cura per gli affari civili viene attivata in modo conveniente e con ordine dopo aver tentato con zelo il vano esperimento di restituire la vita ai corpi mortali; l'inevitabile necessità della morte, infatti, riaffermata così con maggior evidenza, induce l'animo umano a cercare l'eternità nei meriti e nella fama del nome.

Nella favola inoltre si aggiunge saggiamente che Orfeo era ostile alle donne e al matrimonio, perché le dolcezze delle nozze e l'affetto per i figli, in genere, distolgono gli uomini dai più nobili ed elevati servigi verso lo Stato, ritenendo essi di poter ottenere l'immortalità con la propria discendenza, non con i fatti. Tuttavia anche le stesse opere della sapienza, benché eccellano fra quelle umane, si esauriscono nei loro periodi. Accade infatti che ad un'età in cui regni e Stati raggiungono il vertice della potenza, seguano subito disordini, sedizioni e guerre; nel loro fragore tacciono innanzitutto le leggi, e gli uomini ritornano alle depravazioni della loro natura; mentre si rivede la desolazione di campi e città. Non molto tempo dopo (se questi furori dovessero continuare), certamente anche le lettere e la filosofia ne risultano straziate, al punto che i loro frammenti, come le tavole di un naufragio, si trovano soltanto in pochi luoghi, mentre piombano addosso tempi di barbarie (le acque dell'Elicona sprofondano sotto terra), finché, per il naturale alternarsi delle cose, essi compaiono di nuovo, manifestandosi forse non nei medesimi luoghi, ma in altre nazioni.